Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bra habemus omnia autem membra non eum
dem actum habent · ita multi unum corpus su
mus in xpo · singuli autem alter alterius me
bra in xpo ihu domino nro Ps Benedictus
dominus deus israel qui facit mirabilia magna solus
a seculo v Exsultabunt montes pacem populo tuo et colles
iustitiam Alla v Jubilate deo omnis terra serite do
mino in letitia Sequentia festa xpi omnis spiritus
laudet dominum Illo tpe · Cum factus esset secundum Lucam
ihus annorum duodecim · ascendentibus illis se
cundum consuetudinem diei festi · con
sumatisque diebus cum redirent remansit
puer ihus in hierusalem et non cognoverunt parentes eius · Estimantes autem illum esse in co
mitatu venerunt iter diei unum et requirebant eum inter cognatos et notos · Et non inve
nientes regressi sunt in hierusalem requirentes eum
Et factum est post triduum invenerunt il
lum in templo sedentem in medio doctorum au
dientem illos et interrogantem eos · Stupebant
autem omnes qui eum audiebant super
prudentia et responsis eius · Et videntes admi
rati sunt · et dixit mater eius ad illum · Fili quid
fecisti nobis sic · Ecce pater tuus et ego do
lentes querebamus te · et ait ad illos · Quid
est quod me querebatis · nesciebatis quia in
his que patris mei sunt oportet me esse · et
ipsi non intellexerunt quod locutus